

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1243

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

230. *Heinrich von Fleckenstein verbürgt sich den Bürgern der Stadt Straßburg gegenüber für den Sühnvertrag, den Otto und Burchard von Gim Brett mit ihnen zu Eckbolsheim geschlossen haben. 1243 Mai.*

Ego Henricus de Fleckenstein notum facio omnibus presens scriptum inspecturis, quod ego pro compositione inter cives Argentinenses et dominum Ottonem de Ginebreten et fratrem suum Burchardum facta fidejussor sum cum ceteris fidejussoribus, prout coram domino episcopo Argentinensi, sculteto de Hagenouwe, domino de Liechtenberc et aliis provincialibus apud villam Eekeboltesheim eadem compositio fuit confirmata, sub tali condicione, si predicta compositio ab Ottone et Burchardo fratribus de Ginebreten violata fuerit, quod ego, prout ceteri fidejussores eorum juramento prestito et fide data promiserunt, tenear hoc emendare, fraude et dolo penitus exceptis. in hujus rei memoriam presentes litteras sigillo meo feci communitari. acta sunt hec anno incarnationis domini 1243, mense majo.

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 nr. 33 or. mb. c. sig. pend. Gedruckt nach Briefbuch A fol. 236^b ibid. bei Schöpflin Als. dipl. I, 386 nr. 503.

231. *Der Straßburger Domprobst Arnold beurkundet einen Vergleich zwischen dem Straßburger St. Katherinenkloster und Hugo von Luttenheim über das Besitzrecht an einem Mansus daselbst. 1243 November 6.*

A[rnoldus] prepositus Argentinensis¹ vices domini episcopi in judiciis gerens omnibus hoc scriptum publicum intuentibus salutem in perpetuum. noverint universi presentes et futuri, quod, orta discordia super cujusdam mansi vendicione in Luttenheim inter priorissam et conventum sancte Katherine in Argentina ex una parte et Hugonem dicte ville ex altera, tandem post diversas hinc inde concertationes coram nobis in judicio factas partes propter bonum pacis in hoc convenerunt, quod, omnibus aliis propter renunciationem utrimque factam omissis, prefatus Hugo nobis presentibus in jure confessus est in decem libris Argentinensis monete cenobio teneri memorato et, nisi usque ad pentecosten proximo futurum integraliter solveret easdem, extunc mansus jam dictus, de quo lis inter ipsos vertebatur, ad ipsum cenobium jure proprietario sine contradictione Hugonis memorati et suorum heredum foret devolutus omnino. fidejussores quoque Hartungus, Cunradus, Folmarus et Ottho de sepe dicta villa rustici pro ipsa pecunia ab ipso Hugone eidem cenobio dati agros omnes ad eundem mansum pertinentes statim post dictum tempus prefato monasterio vel ejus certo nuncio totaliter sine dolo et sine fraude tenentur per demonstrationem certam assignare nec prius a fidejussione ipsa erunt aliquatinus absoluti. quare ut omnia premissa debitam et inconvulsam habeant firmitatem, ad petitionem partium presens exinde scriptum publicum sigillo nostro fecimus sollemp-

1244
Mai 22

¹ *Der Domprobst Arnold erscheint mit Henricus de Ohsenstein archidiaconus, Cünradus custos sancti Thome auch unter den Zeugen einer Urkunde Bischof Bertholds für das Kloster Honau, 1243 September 30 (in crastino Michaelis). Straßb. Bez.-A. G fasc. 4213 or. mb. c. sig. pend. laeso.*

niter communiri. acta sunt hec anno domini 1243, proxima feria 6 post festum omnium sanctorum, presentibus hiis: clericis Leibelino custode sancti Thome, Úlrico de Erestein clerico nostro, Kagone plebano sancti Petri senioris; civibus Argentinensibus Heinrico Felchelino et fratre suo Wernhero, Rüdolfo theloneario, Cånrado dicto Gevaterman, Sigelino Rosehome, Burcardo dicto Bõne et aliis quam pluribus.

H aus Straßb. Hosp. A. Orphelins lad. 11 fasc. 11 or. mb. c. sig. pend.

232. *Bischof Berthold von Straßburg erklärt die Besitzungen der Straßburger Bürger in fünfzehn Dörfern der Grafschaft für dienst- und steuerfrei. 1243 November 28.*

: In nomine sancte et individue trinitatis amen. : Bertoldus divina miseratione Argentinensis episcopus universis Christi fidelibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. ne rerum gestarum veritas cadat in oblivionem, litterarum debet memoria perhennari. noverint igitur presentes et futuri, quod nos, considerata fidelitate et devotione, quam dilecti cives nostri Argentinenses erga nos et ecclesiam nostram habuerunt, de consensu et consilio capituli nostri et aliorum fidelium nostrorum omnes possessiones, quas idem cives nostri in quindecim villis ad comitiam pertinentibus¹, scilicet Criechesheim, Tungensheim, Vülcriechesheim, Pfetensheim, Berstete, Frankenheim, Onolvesheim, Truhtersheim, Durningen, Uddelheim, Offenheim, Auenheim, Himeloltsheim, Dozzenheim et Belhen eo tempore, quo presens littera data fuit, possidebant, liberas permisimus ab omnibus exactionibus et servitiis cujuscumque nominis, que nobis et successoribus nostris perpetuo dare et facere deberent, exceptis hospitiiis, que vulgo herberge dicuntur, in quibus non magis ipsos quam alios villanos volumus gravari, fraude et dolo penitus cessante. in hujus rei memoriam presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro et sigillo capituli majoris ecclesie fecimus sollempniter communiri. acta sunt hec publice anno verbi incarnati 1243, vigilia Andree, presentibus hiis testibus: Arnolde de Burgelen preposito majoris ecclesie, Heinrico de Stahelecke custode², Eberhardo plebano in Rubiaca, Cånrado Virnecorn, Gozberto ministro fratrum, Erbone filio judicis, Friderico de Hagenouwe, Rudolfo filio Lenzelini et aliis quam pluribus.

S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. Corp. A lad. 3^a or. mb. c. 2 sig. pend.

Gedruckt ebendarnach bei Wencker Disqu. de ussburg. p. 6 = Lünig XIV, 1, 726 nr. 3. Schöpflin Als. dipl. I, 386 nr. 504 (ex codice msc. Sebastiani Muegii a Boffzheim).

¹ Vergl. D. St-Chron. VIII, Allg. Einl. S. 28 not. 2.

² Der Domcustos Heinrich von Stahleck erscheint schon 1241 September 12 in der bischöflichen Pfalz zu Straßburg unter den Zeugen einer Urkunde Bischof Bertholds, ebenso 1243 August im Haslacher Kloster als Schiedsrichter der bischöflichen Gemeinden Molsheim, Mutzig u. s. w. Cfr. Grandier Oeuv. inéd. III, 357 nr. 388, 361 nr. 395. In demselben Jahre December 26 urkundet zu Istein über das Patronatsrecht der Kirche von Muri Albertus comes de Habsburk canonicus Argentinensis et Basiliensis. Cfr. Ludewig Nov. vol. script. rer. Germanic. II, 482.